

CONTROVERSA VII.

De Prescriptione quorundam Delictorum speciali.

SUMMARIUM.

Quo tempore prescribatur adulterium mariti & cetera delicta leg. Jul. 57.
Quo tempore prescribatur adulterium uxoris. 58.
Quid adulterium habeat aliam speciem adjunctam. 59.
Semper potest opponi per viam exceptionis. 60.
Non obstante prescriptione potest peti divortium. eod.
Injuriarum Actio duplex est, Civilis, & Praetoria. 61.
Prior est perpetua, posterior annum durat. 62.
Vixit annus actionis Praetoria incipiat currere a die commissae injurie. 63.
An Injuria scripto vel pictura illata prescribatur anno utili. 64.
Quo tempore prescribatur crimen Apostasie. 65.
Quo tempore prescribatur crimen Peculatus. 66.
An prescribatur crimen Parviti suppediti. 67.
Item crimen Parvicii. 68.
Crimen Laesa Majest. tam divina quam humana, heres, Aſſassinij, falso monte, Simonie, abortis, Concussionis, nullo tempore prescribuntur. 69.
An ad interrumpendam prescriptionem requiratur citationis. 70.
Quomodo ex diuturnitate temporis minuatur pena. 71.

§. I.

Adulterium, Stuprum, Lenocinium.

57. **D**icendum I. Adulterium à marito commisum idem est de ceteris delictis, qua in Lege Jul. de adult. ponuntur, & mox referentur.) prescribatur quinque annis continuo à die ultimi adulterii commissi: ut maritus amplius accusari non possit, si quidem adulterium non habet conjunctam aliam speciem, ut incestum, vel violentiam. Probatio mox sequetur.

58. Dicendum II. Adulterium ab Uxorice commisum prescribatur sex mensibus utilibus, ut nec adulteri nec adulteria accusari possit,

quodsi hi sex utilis menses excedant quinquennium, etiam elapsi quinquennio ester prescripsum. Continentur haec Conclusionses seqq. Juribus. l. 29. §. 5. 6. 7. ff. ad l. Jul. de adult. [Sex. mensium hæc sit separatio; ut in nupta quidem ex die divortii sex menses computentur, in vidua vero ex die commissi criminis. Præterea si ex die divortii sexaginta dies sint, ex die vero commissi criminis quinquennium præterierit, debuit dici nec mulierem posse accusari, ut quod datur lex menses utilis, sic sit accipendum, ne crimini quinquennio continuo sotipitum exciterit. Hoc quinquennium observari legislator volunt, si re vel rex stuprum, adulterium, vel lenocinium objiciatur; quid ergo si aliud crimen sit, quod objiciatur, quod ex lege Julia descendit? ut sunt, qui domum suam stupri causa præbuerunt, & cilia similes? & melius est dicere, omnibus admissis ex lege Julia venientibus quinquennium esse præstitutum. Quinquennium autem ex die accipendum est, ex quo quid admissum est, & ad eum diem quo quis postulatum postulatæ est, & non ad eum diem quo iudicium de adulteriis exercetur.] Et l. 5. C. eod. cum lege sequenti, quæ declarantur, quomodo sex menses competant. [Adulteri post quinquennium quam commissum adulterium dicunt (quod continuum numeratur) accusari non potest. Jure Mariti adulterii acculare volenti sexaginta dies utilles computantur, quibus in publico eius facultas fuerit, apud quem reus vel rea postulari potest. Et cum præterierint illi dies utilles, maritus quoque Jure extranei (per reliquos quatuor menses utilles) agere potest.]

59. Dixi in conclusione. Nisi habeat aliam speciem adjunctam, que in lege Julia non comprehenditur. Nam si talem habet etiam ignoranti currat. Affirmat Rota Romana it. de Injuriis decisi. 240. & Julius Clarus. Negativa est communio, quam etiam sequitur Facionis lib. 9. c. 8. & Gail lib. 2. ob. 105. Hi volunt annum esse utilem, & incipere à die scientiae factæ injuria. Colligitur haec sententia ex lege 14. §. 1. & seq. ff. quod merita ibi. [Post annum vero in simili actionem pollicetur, sed non semper, sed causa cognitæ. In causa autem cognitione veritatis, ut si alia actio non sit, tunc hoc detur: & sanè per metum facta injuria anno & quidem utili exoleverit.] Et regulariter actiones annua à Praetore data anno utili gaudent. Porro annus utilis est, quo experiendi potestas datur: atqui ignorantis sibi competere actionem, non censetur habere potestatem experiendi, ut per se patet, & in Jure sapientum est.

60. Ceterum, ut etiam prædictum. Controv. dictum est, adulterium semper opponi potest per viam exceptionis, v.g. si mulier, vel eius heredes doctem post plurimos annos petenter, exceptione adulterii commissi repellentur.

Prædictæ conclusionses procedunt quoad penam temporalem seu legalem, non autem quoad divortium perendum, quia est pena spiritualis, & ideo posset pars innocens etiam post prescriptionem dictam petere divortium, si forte primum resiceret adulterium commissum esse

ant

De Delictis in genere.

73

ante tot annos, ut post glossam in cap. admonere. ca. 33. q. 2. notant DD.

§. II.

Crimen Injuriarum.

61. **A**ctio Injuriarum duplex est, alia Civilis, descendens ex legi Cornelia, quando quis dicit se pulsatum, vel verberatum, vel in domum suum introitum esse: alia Praetoria, quo ob alias injurias compertit, de quibus dixi to. 1. de Jure privat. trac. 2. Quod attinet priorem, Antonius Gomez var. refol. de injuriis c. 6. n. 15. v. dubium. tenet eam durare solidum per annum.

62. Communior tamen est sententia, eam non minus esse perpetuam, quam sint alias actiones civiles, hoc est, ut non nisi 30. annum spatio extinguitur.

Quod vero attinet actionem Praetoriæ, eam ab eo anni spatio habetur ex lege 5. C. de Injuriis, ubi expreſſe sermo est, de injuria verbali, ut proinde non recte à Gomez extendatur haec lex ad injuriam realem. [Si non convitii confito te aliquid injuriosum dixisse probare potes, fides veri à calunnia te defendit. Si autem in tixam inconsolabile prolapsus, homocidii convitium objicisti, & ex eo die annum excessisti, cum injuriarum actio anno tempore prescripta sit, ob injuria admissum convenit non potes.]

63. Controversum est, an hic annus incipiat currere à die commissae injurie, adeoque etiam ignorantie currat. Affirmat Rota Romana it. de Injuriis decisi. 240. & Julius Clarus. Negativa est communio, quam etiam sequitur Facionis lib. 9. c. 8. & Gail lib. 2. ob. 105. Hi volunt annum esse utilem, & incipere à die scientiae factæ injuria. Colligitur haec sententia ex lege 14. §. 1. & seq. ff. quod merita ibi. [Post annum vero in simili actionem pollicetur, sed non semper, sed causa cognitæ. In causa autem cognitione veritatis, ut si alia actio non sit, tunc hoc detur: & sanè per metum facta injuria anno & quidem utili exoleverit.] Et regulariter actiones annua à Praetore data anno utili gaudent. Porro annus utilis est, quo experiendi potestas datur: atqui ignorantis sibi competere actionem, non censetur habere potestatem experiendi, ut per se patet, & in Jure sapientum est.

64. Controversum etiam est, an Injuria scripto illata vel pictura, vel libello famoso, prescribatur anno utili, vel potius sit perpetua. Perpetuum esse tenet Zafius & Gail, ex eo fundamento, quia censetur injuria realis, nam scriptura, seu littera scripta manet. Verior est

fententia Facionei, anno utili prescribi. Negatur ergo, esse injuriam realem, sed esse verbalē aequivalenter, quod bene probatur ex lege 15. §. 4. ait praetor 25. ff. de injuriis. [Ait Praetor, ne quid infamandi causâ sit; si quis adversus a fecerit, prout queque res erit, animadvertis. Hoc edictum supervacuum esse Labeo ait, quippe cum ex generali injuriarum agere possimus &c. Generaliter vetus Praetor quid ad infamiam aliquis fieri: proinde quodcumque qui fecerit NB. vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum. Hoc autem ferè sunt, que ad infamiam aliquis sunt, ut puto ad invidianam aliquam vel lugubrī uitio, aut squallidā, aut si barbam demittat, vel capillos submittat, aut si cartamen conserbit, vel proponat, vel canter aliquod, quod pudorem aliquis lēdat.] Unde recte inferit Fach. nullam esse causam, ut in re dubia & odiosa actionem hujusmodi perpetuam faciamus. Quodsi Statutum habet contrarium, utique non effet irrationaliter, ad absterrendos homines, qui alicubi nimis proni sunt faciendo libellos famosos.

§. III.

Crimen Apostasie.

65. **H**ujus criminis accusatio (si communem DD. opinionem spectemus) prescribitur spatio quinquenniū vivente Apostata, post mortem durat perpetuū, in sententia probabilitis, eti contrarium tenet Bartolus. in l. 2. C. de Apostasie. ibi. Intra iugis quinquennium, quod de inflictis actionibus constitutum est, proprias exigat actiones, quæ tamē lex loquitur de Actione, quæ quis impugnat testamentum Apostata. Ceterum, in lege 4. videatur mihi accusatio perpetua concedi. [Apostatarum facilegum nomen sanguorum vox continuo accusatione inciset, & nullis finita temporibus hujusmodi criminis attingat indego.] quæ verba falsa clara videntur: & tamē hoc lex à DD. allegatur pro prescripione quinquenniū, cum nec syllaba sit de quinquennio. Averte, eum qui in Apostasia perseverat, nunquam prescribere, quia continua tur delictum.

§. IV.

Crimen Peculatus.

66. **D**E hoc est clara lex 7. ff. ad leg. Jul. pecul. Peculatus crimen ante quinquennium admisum

K

sum

Chrisi. Haun. de Iudicis To. II.

sum offici non oportet. Est autem crimen peculatus furum pecunia publice vel fiscalis , vel sacra. Quodsi hoc furum haberet conjunctum sacrilegium , non praescribersetur nisi spatio 20. annorum , prout in simili suprà dictum de Adulterio habente conjunctum aliud crimen.

§. V.

Crimen suppositi partis.

67. IN hoc crimen nunquam admittitur praescriptio. L 19. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falsis. [Accusatio suppositi partis nulla temporis praescriptione depellitur , nec interest , decellerit nec ea que partum subdidisse contenditur.] Que lex summa ratione nititur , non solum favore probris legitima , si qua forte adit , ne minatur eius patrimonium & legitimam , verum etiam & longe maximè favore familiae : quandounque enim constiterit , cum non esse de familia , nulla praescriptio faciet , ut sit de familia , vel pro tali habendus sit , cum aperte de falsitate constiterit.

§. VI.

Crimen Parricidii.

68. NEque hoc crimen , ob suam atrocitatem , nullo tempore praestribitur , quo minus accusari possit. l. fin. ad l. Pompejum de parricid. Eorum qui parricidi pœnæ teneri possunt , semper accusatio permittitur , & lege i. enumerantur , qui hac pœnam tenentur : nempe , qui parentem , liberos , cognatum , conjugem , affinem , sponsum , sponsam , sponspæ cognatum , patronum , patronam , occidit : vel cuius dolo , vel ope id factum est , & qui venenum emisit , ut patenti daret , et si non potuerit dare.

§. VII.

De aliis Criminibus non praescriptibilibus.

69. Crimen Laste Majestatis , tam divinæ per blasphemiam , quam humanæ , item heresis , Ablasphemia ; falsa moneta , Simoniz , abortus , concubinæ , nullo tempore praescribi posse tradunt DD. communiter , quamvis expressis Juribus non probent. Inter haec numerat Guazzinus n. 83. Apostasiam , eam tamen prius duo-

bns in locis dixisset , praescribi quinquennio ; ego vero suprà notavi , & adduxi textum , quo perpetuas probatur.

§. VIII.

Quomodo hac Praescriptio interrumpatur.

70. MUltorum est sententia , quos referit & sequitur Farinacius q. 10. n. 28. praescriptionem hanc interrumpi , si accusator querelam , seu libellum accusationis porrexisset , vel fiscus , & eo instantे Judge ex officio inquisitionem formasset : etiam si citatio non interveneret : unde ut praescriberetur , tempus constitutum inciperet currere à die interrupciois praescriptionis , quae de novo inchoanda est , secundum regulas traditas in materia de Praescriptione , & ejus interruptione.

Alii tamen praestim R.R. quos sequitur Guazzinus , requirunt citationem , & quidem ut fuerit relata per nuntium in actis , & legitimæ executioni mandata. Verum pro neutra sententia invenio Jus speciale , quare verius est , insistendum in hoc generali regule de interruptione Praescriptionis in civilibus : de qua actum loco citato.

§. IX.

An , & quanta temporis diuturnitas non complens praescriptionem , saitem minima- at pœnam.

71. IN hoc punto adeo variè loquuntur DD. Ut nil firmum asciri facile possit , qui tamen in hoc convenienter , quod in delicti , que diximus nullo unquam tempore praescribi , pena quoque non minuarat ob quamcumque diuturnitatem. De aliis ergo loquendo existat lex 24. de paris . quae dicit pœnam esse minuendam . Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit , aliquid tenetur pœna ejus sublevanda erit : sic enim constitutum est , non eo modo puniendos eos , qui longo tempore in reatu agunt , quām eos qui in recenti sententiam recipiunt .]

Hanc legem antiquiores intellexerint , quasi diuturnitas temporis simpliciter mereatur minima pœnam , etiam si delinqens nunquam accusatus aut aliquo modo vexatus fuerit : sed in rei .

De Delictis in genere.

75

rei veritate non est iste sensus legis : & alius indicatur per illa verba : in Reatu fierit. Reatus apud antiquos fuit statutus reorum , quorum causa agitabatur , donec vel absolvenerent , vel condemnarentur ; qui eo tempore debebant incedere capillii submissis , quos non licet ante condere , quām omnium sententias absolventerunt , squalore & illuvie confecti , promissa barba , habitu forido , pannolo , & ut Budaus sit , misericordia auctorato.

72. Ceterum , si quis post delictum montaneum se emendavit longo tempore , de quo Judge arbitrabitur , v. g. per od vel decennias , non est inconveniens pœnam minui , & quia forte alioquin fuisset corporalis , eam in pecuniarium commutari. Quod quidem in delictis leviioribus practicari , nunquam autem in gravioribus , testatur Julius Clarus , q. 60. n. 32. nisi forte ad obtinendam facilis gratiam à Princeps , praefertur si reus non fuit contumax. Quare in hac re nihil pro certa regula statutum potest , sed attentā exigitur Judge arbitrabitur , an reus ob temporis diuturnitatem sit commiseratione dignus. Deinde etiam est attendenda Curiarum praxis , quae ob diuturnitatem solet commutare ultimum supplicium in pœnam triremium , fustigationis , juxta qualitatem delicti & conditionem personam , & de tali praxi testatur Farinacius. Sanè ob diuturnitatem carceris pœnalis , vel etiam per modum castigatio adhibiti , pœnam minui , usus haber , cū reverā sit pars pœnae.

CONTROVERSIA VIII.

Quanto tempore pereat instantia Causa Crimina- lis.

SUMMARIUM.

DE Consuetudine non solet certus terminus observari , ob causarum multitudinem. De jure communis requiritur biennium . 73. An ita perimitur instantia , ut nec de novo possit accusari . 74. An post lapsum biennii possit accusator restituiri , si Judge datum est plenum arbitrium . 75. An mortuo accusatore non possit accusatio ab alio continuari . 76. An procedat peremptio , si Reus judicialiter crimen confiteatur . 77. An procedat , quando causa agitur in consistorio Principis . cod.

Christ. Flau. de Iudicij. Tom. II.

Si judicii assignetur brevior terminus , à quo tempore incipiat currere . 78. An valeat prorogatio imperata , sed representata post lapsum termini . cod. Si index definit esse index prope finē biennii , quomodo currit tempus successori . 79.

73. QUAMVIS hodie in multis Dicasteriis & Curialis sicut in Civilibus ita & in Criminalibus causis , ob causarum Multitudinem nullus certus terminus observari commode possit , quid tamen Jure communis statutum , & illius vigore , cellante causarum multitudine , obseruantur fit , exponemus.

Dicendum est , de Jure communis , sicut in Civilibus perimitur instantia triennio , (loquendo de foro civili , nam in foro Ecclesiastico non habet terminum) ita , tam de Jure Canonico quām civili instantia in causis criminalibus perimitut biennio , computato à die litis contestationis , vel incepit Inquisitionis . l. 13. C. de J. d. princip. [Properandum nobis vixum est , ne lites fiant penè immortales , & vita hominum modum excedant : cū criminales quidem causas jam nostra lex (mox refeenda) biennio concluderit .] l. fin. C. ut intra certum tempus criminis , quæb. terminetur. [Criminales causas omnino intra duos annos à contestatione litis numerandos finiri censumus : nec ullâ alia occasione ad ampliora produci tempora : sed post biennii excellum minime ulterius lite durante , accutatum absolvit : scientibus Judicibus coramque officiis , quod si litigatoribus admonentibus ipsi litis introductionem vel examinationem distulerint , penâ vicenarum libarum aut feriantur .] Quæ lex non est coram Jure Canonico.

74. Queritur I. An elapsio biennio ita pereat instantia , ut non solum reus sit absolvendus ab instantia , sed neque amplius de novo possit accusatio institui. g. Si culpâ accusatoris lapsus est biennium , non admittitur amplius ad accusandum de novo : bene tamen si per negligientiam Judgeis , & reus est ab instantia absolvitus. Unde monentur Accusatores , ut si pœnis & instanter multiplicent protestationes , ne errat instantia.

75. Queritur II. Si Judge datum est plenum arbitrium , an vi hujus arbitrii possit post lapsum biennium accusatorem restituere , ut possit in accusando peregere. g. Negative , folium enim censetur illi concessum , quod durante biennio possit tempus prorogare : quæ duo esse diversa alibi declaratum est.

76. Queritur III. An morte accusatoris pereat instantia , ita ut per alium continuari non possit. g. Si delictum tale sit , super quo Judge non possit ex officio procedere , sed solum per

K 2

per viam accusationis, tunc perit instantia, sicut per lapsum biennii; quia iudicium est fundatum super personam iudicis. Si vero delictum ejusmodi sit, (aliud hodie in plerisque tribunaliis omnia sunt) ut super eo inquireat a Juge possit, etiam nemine accusante, tunc morte accusatoris instantia non perit, quia Judge possit ex officio per inquisitionem pergere, quia tunc iudicium etiam in persona iudicis fundatum est.

77. Quæritur IV. Si reus judicialiter confiteatur crimen, an nihilominus sit locus peremptionis instantiae. *R. Negative.* Nam per confessionem iudicialem sit crimen notoriissimum, in notoriis autem non obseruantur solennitates.

Quæritur V. An instantia perimitur etiam quando causa agitatur in Consistorio Principis. *R. Negative.* Et ita dicitur praetificari in Camera Imperiali, idem est in illis causis, que quidem cognoscuntur ab inferioribus iudicibus, sed sunt ad Principem referenda.

78. Quæritur VI. Si Princeps vel Statutum assignet Judicii brevissimum terminum, a quo die incipiat tempus prescriptum currere. *R. Si a Statuto: tunc a die litis contestatae, sicut de jure communis dictum. Si vero a Princeps, tunc incipit Judicii currere a die presentati recipi, & non a die quo datum est.*

Quæritur VII. Si durante tempore prafixo petatur & impetratur a Principe prorogatio, sed presentetur rescriptum post lapsum temporis, an nihilominus prorogatio valeat. *R. Affirmative, quia haec videtur esse Principis intentione, & quia beneficia Principum, quando nemini prejudicant, recipiunt amplam interpretationem.*

79. Quæritur VIII. Si Judge moriatur vel mutetur prope finem biennii, quomodo currat tempus successoris. *R. Concedi illi integrum novum annum, ut colligatur ex lege 13. §. 7. post medium. C. de Judicis, quamvis textus loquatur de causis civilibus, & de triennio. [Sin autem in medio triennii, vel morte Judge, vel alia irrecubili occasione iudicium fuerit mutatum, si quidem ex triennio annale tempus, vel amplius residet, in quo aliis Judge ei causa imponitur, intra reliquum tempus causa minatur. Sin autem minus quam annale sit, tunc omne quod decet, repleatur, ut non in minore quam perfecti anni tempore item possit subrogatus Judge tam discutere quam terminare.]*

De hac materia plura dixito. praeceps. que etiam causis criminalibus communia sunt, & id eo non repentina.



CONTROVERSIA IX.

An crimen semel definitive iudicatum, possit denuo in iudicium adduci.

SUMMARIUM.

81. *Emel definitive absolutus non potest regulariter super eodem criminis molestatu.*

Aliquam fuisse admittitur alias accusator super eodem criminis, si ignarus prioris accusationis prosequatur suam suorumque injuriam.

Quidam fuit absolutus solum ob defectum probationis.

n. 82. & seq.

Potest absolutionem ab observatione iudicij, potest ea-

dem criminis causa denuo tractari.

Quidam delictum fuit puniendum in foro Ecclesiastico pax.

n. 83.

80. Dicendum I. Qui semel est judicialiter absolutus a criminis tanquam innocens, sive hoc factum sit in iudicio criminali sive civili, hoc est, quando in causa criminali solum civilitate actum est, & sententia transit in rem iudicata, non potest ab eodem (& regulariter nec ab alio) denuo super ejusmodi criminis molestati aut accusari, sed exceptione rei iudicatae semper tutus erit, & hoc tam de jure Canonico (quod immunito aliqui negant) quam de Jure civili. cap. 6. de accusat. [De his crimina, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari.] Ex Jure Civili texum mox aferam.

81. Dicendum II. Aliquammodo tamen admittitur alias accusator super eodem criminis, si ignarus prioris accusationis suum vel suorum injuriam prosequatur. 47. §. 2. ff. de accus. ubi etiam precedens conclusio habetur. [Iisdem criminibus, quibus quis liberatus est, non debet Praefat pati eundem accusari. Sed hoc utrum ab eodem, an nec ab alio accusari possit, videndum est. Et putem, quoniam res inter alios iudicatae alii non praeditant, si is qui nunc (id est postea) accusator exigit, suum dolorem persequatur, docet quod, ignorasse se accusationem ab alio institutam, magna ex causa admitti cum ad accusacionem debere.]

Ex quo textu liquet, ad hoc ut secundus accusator admittatur, duo requiri: imprimitus ignorantiam prioris accusationis: que quidem nisi in contrarium essent argumenta vel presumptio, sufficenter probaretur Juramento accusatoris, ut in simili

De Delictis in genere.

In famili alibi dictum est. Secundo, requiritur magna causa. Et ideo cum semel hic casus defacto contigisset, (inquit Clarus n. 4. q. 17.) ego dicebam, non esse audiendos his iusmodi de nova accusare volentes, nisi in crimina magnis & atrocibus, & nisi prælitia & delitiose de omnibus impietis & dannis, in causa quo delictum non probaretur, quia non videbar posse dici subesse magna causa, ubi non esset etiam gravitas ipsius criminis.

Multo facilius admittetur Secundus accusator, si constaret, priorem accusatorem prevaricatum esse, & collusum, utreus absolvetur, forte pecunia corruptum: nam ob bonum publicum, cuius interest delicta non manere impunita, non debet dolus obesse.

82. Controversia non levis est. An, quando reus fuit absolutus non ob probatum innocentiam, sed ob defectum probationum delictum, an inquam, tunc possit denuo accusari. Et quidem si sententia latefuit cum clausula: donec melius probetur: vel: rebus sic stantibus: ex hoc & iuncte apparetibus, &c. tunc omnes admittunt, posse denuo accusari, in modo & inquiri, ex nova causa inquirendi emergente. Nam hec clausula indicat intentionem Judge absolvendi restituti, & conditionem, adeoque in effectu faciunt sententiam interlocutoriam, ut possit post le aliam sententiam expectare. Verum scilicet clausulis.

Affirmativa sententiam tenet Romanus, & in terminis ac indubitate Julius Clarus n. 2. his verbis. Sed si est absolutus eò quia probatum non fuisset, tunc utique posset iterum accusari. Unde minor, quod Guazzinus Clarum citetur pro sententia negativa.

83. Dicendum III. Cum communis sententia, neque tunc posse reum amplius acculari. Ratio est, quia imprimis Iusta non distinguunt. Deinde fundamentum adverbariorum falsum est, quasi talis absolutio sit solum absolutio ab observatione iudicij, prout est v.g. quando accusator non est legitimus, vel contumax &c. Reversa enim absolutio rei ob defectum probationis delicti, est definitiva, absoluta, & parit exceptionem rei iudicatae, & iura defensantur resuscitatione iudiciorum.

Unde reprehenduntur illi Judges, qui, delicto non probato, sed nec probata innocentia, absolvunt reum ab observatione iudicij, in hunc finem, ut possit iterum accusari, quasi hoc modo consulam Reipublica: sed hoc fieri contra leges & justitiam aliter Facheirus lib. 9. c. 16. post Ant. Gomez & alios. Nam regula juris haberet, actore non probato, reum esse absolvendum: & hec absolutio est sententia definitiva, qua praetextu probationum postea repetitarum inverti.

non debet: habet enim accusator appellatio remedium, quo si non utatur, sed acquiescat, sibi imputet. Quia tamen praxis militaram Cutiarum habet hunc modum absolvendi ab observatione iudicij, ideo secundum illam

84. Dicendum IV. Post absolutionem ab observatione iudicij, potest eadem criminis causa denuo tractari. Ratio, quia talis sententia solum profertur in vim interlocutoria.

Dicendum V. Si reus fuit tollem absolutus in iudicio Inquisitionis, poterit iterum super eodem delicto impetrare iudicium. Accusationis, nisi crimen tale esset, ut etiam in iudicio inquisitionis pro eo imponatur pena ordinaria, tunc enim non posse de novo accusari, sed solum quando imponeretur pena leviior. Ita cum communis tradit Covarr. var. cap. 10. n. 5.

85. Dicendum VI. Si delictum mixti fori fuit puniendum in foro Ecclesiastico, pœna tam non adaequante gravitatem delicti, poterit nihilominus adhuc puniri pœna proportionata delicto. Ita committunt omnes DD. & conclusionem jam supra probavi ex cap. 5. de pœniis in 6. prope finem. ibi. [Per hoc quoque laicarum bus pœnitutibus non adimimus facultatem utendi legibus contra tales, quas ad versus factilegos catholici Principes ediderunt.]

CONTROVERSIA X.

Quenam repetitio delicti, vel delictorum in uno actu cum mulatio multiplicet pœnam.

SUMMARIUM.

C Oncursum plurium delictorum non facit, ut nullius delicti imputatio detur. 86.

Vi vulneratio & occiso sint duo delicta, debent fieri ex intervallo. 87.

Plures percussiones quando faciunt unicum delictum. eod.

Quidam simul vel ex iteratione actus diversa crimina oriantur. eod.

Iteratio criminis continuata, gravius punienda, licet sit unicum delictum. 88.

Quidam crimen iteretur post punitionem primi actus. 89.

Intellexus Glossa in legem Vulgaris. ff. de furtis. 90.

86. De hoc punto exstat lex 2. ff. de priuatis delictis, quæ sic habet. [Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur. Neque enim delictum ob aliud delictum minuit penam. Qui igitur hominem subripuit, & occidit, qui furripuit, furti, quia occidit, Aquili tenetur, neque altera harum actionum alteram consumit. Idem dicendum, si rapuit & occidit, nam & vi bonorum raptorum, & Aquili tenebitur.] Et lex 32. §. 1. ff. ad L. Aquil. [Si idem eundem servum vulneraverit, postea deinde etiam occiderit: tenebitur & de vulnerato, & de occiso: duo enim sunt delicta, aliter atque si quis uno in pecu pluribus vulneribus aliquem occiderit, una enim unica erit actio de occiso.] Ex quibus iustibus

87. Colligitur I. Ad hoc ut vulneratio & occiso censeantur duo delicta in Jure, necesse est, ut stant ex intervallo.

Colligitur II. Plures percussions uno imetu seu una rixa illatas, etiam si percussus mortem non obicit, unicum delictum esse censendum, non plura, ut contra Bartolum notat Covarr.

Colligitur III. Quoties vel simul, vel ex iteratione criminis, sive statim sive ex intervallo, distincta & diversa crima oriuntur, non ut unicum, sed ut plura crima punienda esse; etiam si repetitio fiat ad eundem effectum, quod etiam est contra Bart.

Colligitur IV. Si ejusdem actus & criminis eodem imetu & continuatione iteratio fiat, unicum tantum crimen censendum esse.

88. Colligitur IV. Contra eundem Bart. si ejusdem criminis eodem imetu & continuatione iteratio fiat, v.g. percussionum, vulnerationum, unicum tantum crimen censendum esse ad publicam vindictam, quamvis gravius puniendum, etiam si reus non intendit occisionem fecutam; quia] Crux non facit vim in intentione occisionis. Sic percussus Clericum quinques vel fapius uno imetu, non nisi una canonica penam afficitur, & una sententiâ excommuni-

cationis feritur. Sic si Statutum statueret suspendum in furem reum trium furorum, non comprehenderet illum, qui uno imetu & eadem occasione tribus attrectationibus tribus diversis dominis tres diversas res auferret: quia mens statuti esset punire confuetudinem furandi, qua in tali casu non apparet, ut cum aliis tradit Covarr. lo. cit.

89. Colligitur V. Si ante punitionem primi actus ex intervallo actus iteretur circa eandem personam, unâ quidem penâ fed auctiore puniendum reum, & sic quoad publicam vindictam fore unum crimen. Exemplum. Si quis in eadem lice ex intervallo saepius producat testes corruptos, ad finem victoriaz. Secus si post punitionem primi actus, iterum produceret falsos testes. Quod autem dicit Covarruvias, etiam unicâ penâ puniendum, qui saepius ex intervallo produceret falsos testes contra eundem quidem, sed ad diversum effectum, mihi dubium est, & magis propendere in sententiam Bartoli, voluntatis penam esse multiplicandam.

90. Dubium est, quomodo sit intelligenda glossa in legem *vulgaris*, ff. de furis, quæ licet dixerit in specie, cum quis alienam uxorem pluries cognoverit continuatione quadam, plura quidem videri adulteria, asscrit tamen unicâ tantum penâ illam continuationem puniendum. Bartolus docet, hoc ideo à glossa dictum est, quod adulterium non poslit pluries puniri, cum puniatur penâ mortis. Verum, hoc acutè rejicit Covarruv. Nam quando condita est illa lex, nondum era statuta pena mortis in adulterium. ergo non potuit hac esse mens glossæ. Communissima ergo sententia, teste codem Covarr. retinet, tunc illa plura adulteria propter continuationem unicâ penâ, etiam si hæc pecuniaria esset, punienda esse, quamvis cum aliquo augumento.

De Cumulatione penarum ob cumulationem delictorum, iterum agam prope finem hujus tomii.



CAPVT II.

DE DELICTORVM SPECIEBVS, EO- RVM QVE POENIS,

Ordine Alphabetico discussis.

Quæ alii DD. crimina in specie cum suis poenis sine ordine tractant, placuit ordine Alphabeticō tractare, nam omnis alijs ordo est difficultis & dubius, v.g. Si quis vellet secundum gradum atrocitatē aut gravitatis procedere, vel secundum majorem aut minorem corundem similitudinem, prout aliqui minus feliciter attentarunt.

Abigeatus.

SUMMARIUM.

A Bigi quinam in Jure dicuntur. 91.

Quænam penâ Abigeorum. 92.

Qui è stabulo abigunt pecus dominum, pleniùs coercētor. eod.

Qui animalia domesticā minora, arbitriā puniuntur. eod.

Abigeatus per se non est publici Judicii. 93.

Penâ receptatorum abigeorum. eod.

91. DE Abigeis exstat titulus ff. 14. libri 47. &

in Codic 37. lib. 9.

Abigei dicuntur in Jure, qui pecora ex pa-

scis vel armentis subrahunt, vel ex stabulis,

& sic deprædanti & abigendi quoddammodo ar-

tem profitentur. Unde, qui ovem erantem vel

equum in solitudine hærentem abducit, animo

retinend, et si fur sit, abigeus tamē nequum

est, ut habeat totidem propè verbis l. 1. §. 1. ff.

h. iii. Quoad numerum verò sic statuit l. 3.

[Oves pro numero abactorum aut furem aut abi-

geum faciunt: quidam decem oves gregem pu-

taverunt: porcos etiam quinque vel quatuor ab-

actos, equum, bovem vel unum abigeatus cri-

men facere.] & §. 2. Qui ex p. abegerint, hæc

semper unum vel alterum pecus surcipuerint, tamen

abigei sunt. nempe quia tales censentur professio-

nem hujus artis facere.

92. De poena abigeorum se statuit l. 1.

ff. h. 1. [De abigeis puniendis ita D. Hadr. con-

filiò Betice rescripti. Abigei cum durissime pu-

nuntur, ad gladium damnati solent. puniuntur

autem durissime non ubique, sed ubi frequentius

est id genus maleficci. alioquin & in opus, &

nonnunquam temporatum dantur.] Ratio est,

sic frequenter delicti debet emendarī medio

magis absterente.

Cujacius, more suo, hic singularem intel-

lectum illius verbi ad gladium communisicuit,

quasi non sit intelligenda decapitatio, sed Lu-

dus gladiatoris; sed non est audiendus.

Qui è stabulo abigunt dominum pecas, ple-

nunt coercētor, ut habeant in l. 3. §. 1. ff. b. r.

ubi nota, textum alter legi ab Ant. Perez qui sic

scrivit. Lenius etiam coercētor, qui è stabulo abi-

git. prout ex gracia versione reponit Cujacius.

Sed rectius reuident alii lectionem, pleniūs, nam

qui è stabulo abigunt pecas, atrocius delinquunt,

qui si è fylva abigunt, cum habeat adjunctam

violentiam & trupcionem, magisque noxiūm do-

mino.

Qui animalia minora domestica & cetera

abigunt, arbitriā puniuntur, ut anseres, ana-

tes, gallinas &c. ut tradit Damhouerus. sed in

hoc consuetudo attendenda; qualis est in Belgio,